



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 34. Princeps ab invadenda Parisiensi urbe per Maris Præsectum  
præpeditus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

negotio occupare possent. Ideo inter Sæcul. XVI. A. C. 1562.

Belliduces consultatum fuit, quibusdam  
 consentibus, copias Carnutum esse du-  
 cendas: verum Condæus Princeps hoc  
 oppidum valido præsidio munitum esse  
 edoctus, necnon colloquiis, & inducia-  
 rum protelationibus se delusum indi-  
 gnatus in belli Senatu ita perorabat:  
 „Hujus cunctationis beneficio Catho-  
 „licorum exercitus indies augetur, ac  
 „validioribus munitionibus sese magis  
 „formidandum reddit, opportunum igi-  
 „tur censeo, ut resumpto pristino con-  
 „silio Parisina urbs totis viribus inva-  
 „deretur. „

§. XXXIV.

*Condæi consilium de repetenda Pa-  
 risiorum obsidione a Colinio  
 rejectum.*

Hujus consilii rationes Condæus se-  
 quentes proferebat: „Abs dubio Thuan. l. 39. n. 1.  
 „ante Catholicorum adventum meas  
 „copias Parisinæ urbi admoveere pote-  
 „ro, ubi a me aggeres, & amplissimæ  
 „hujus civitatis suburbia utpote mili-  
 „te vacua primo impetu occupabuntur,  
 „demum vero in ipsam etiam urbem a  
 „nullo ferme ex Catholicis ingressus  
 „intercludi poterit, eoquod Regio exer-  
 „citui opus foret amplissimo circuitu,  
 „Hist. Eccles. Tom. XLV. Uu ut

Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

„ut Sequanam fluvium trajicere, atque  
 „altera hujus fluminis parte ad urbem  
 „reverti posset, dum interea Parisienses  
 „terrore urbi injecto turbati, ac prom-  
 „pti auxilii spe destituti ultro suas a-  
 „perient portas, aut saltem quadam  
 „multa, quæ summam ab Anglis ex-  
 „spectatam longe superat, suam liberta-  
 „tem rediment. „ Verum huic consilio  
 sese opponebat Colinius Archithalassus,  
 qui captis suburbiis medios inter ur-  
 bem, & hostilem exercitum se omnes  
 relinqui demonstrabat, quo futurum e-  
 set, ut annonæ penuria statim preme-  
 rentur, atque ex eo exercitus dissolutio  
 statim sequeretur, cum jam Germani,  
 qui majorem exercitus partem efficiunt,  
 passim, neque occulte murmurare au-  
 diantur, promissa stipendia non sol-  
 vi querentes, qui certe omnes, si ad  
 has querelas commeatus angustia ac-  
 cedat, in apertam seditionem, ac de-  
 fectionem procul dubio erumpent: ita-  
 que potius esse affirmabat, ut conti-  
 nuato in Normaniam itinere inter me-  
 dios etiam enses via ad Neustriam a-  
 periretur, ubi peditatu se firmare, & pe-  
 cunia, quæ ex Britannia expectatur,  
 Germanos utcunque placare possint.

§. XXXIV.